

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 123r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

nostris: q̄ suis verbis refelleretur: Idem quippe ait: Vt quisq; maxime
suum comodum referat: quecumq; agit: ita minime esse bonū curū:
Idem et negat simplicis et apti hominis esse ambire. simulare ali
quid et pretendere aliud agere uideri: Cum aliud agat prestare
se alteri fingere: quod sibi prestat. sed malitiosi potius et astuti et fal
lacis et subdoli: Quō ergo defenderet: quo minus ambitiosa illa
hospitalitas malitia esset: Tu nihil per omnes portas circūcurses.
ut aduenientes populorum atq; urbium principes domū tuam
inuites: ut per eos apud ciues eorum potentiam consequere: uelisq;
te iustum et humanum et hospitalem uideri: cum studeas utili
tati tue: Verum hoc ille non potius incaute: Quid n. minus in Ci
ceronem conuenit Sed ignorantia veri iuris prudens ac sciens in hos
se laq̄os induxit: quod ut eis possit ignosci: testificatus est: non ad verā
iusticiam quam non tenebat: precepta se dare: sed ad umbram ima
ginemq; iusticie: Ignoscendum est igitur umbratico et imaginario p̄
ceptori: nec ab eo veritas exigenda est: qui se nescire fateatur: Captiuo
rum redemptio magnum atq; pt preclarum iusticie munus est: quod
idem ipse tulius approbauit atq; hec benignitas inquit et rei p. est uti
lis redemi a seruitute captos locupletari tenuiores: Hanc ego consue
tudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. hec est
grauium hominū atq; magnorum: Proprium igitur iustorū opus
est: alere pauperes ac redimere captiuos: Cum apud iniustos si qui hec faci
ant graues et magni appellentur: His n. maxime laudis est benefacere:
quos nemo speraui esse facturos: Nam qui bonum facit vel consang
neo. vel proximo vel amico. aut nullam aut certe non magnā laude
meretur: Quia facere debet: Sitq; impius ac detestabilis nisi fecerit
id quod ab eo et natura ipsa et necessitudo exigit et si facit nō tam glo
rie assequende: q̄ reprehensionis uitande gratia facit: Qui aut facit
alieno et ignoto: is vero dignus est laude: quam ut faceret sola ductus
est humanitate: Ibi ergo iusticia est: ubi ad benefaciendum necessitatis
vinculum nullum est: Hoc igitur officium benignitatis ne antepone
quidem largitioni munerum debuit: quod est comparatis et e duo
bus bonis id quod sit melius eligentis: Illa n. largitio hoīm p̄rionia sua
in mare abitientium inanis et leuis et ab omni iusticia remotissima
est: Itaq; ne dici quidem munera oportet: in quibus nemo accipit:
nisi qui accipere non meretur: non minus magnum iusticie opus
opus est. pupillos et uiduas et destitutos et auxilio indigentes tueri

aliud

Propriū iustorū opus est:

Egregium bene ficie opus in pupillos ac vi duas.